



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

9 Portio congrua coram Ordinariis peti debet, & etiam coram capitulo,
Sede vacante.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tate, & Felyn. in cap. ad aures numer. 14. de rescript.

Vicariis † perpetuis congrua portio fructuum debet assignari, ut animarum cura nullatenus negligatur, nec beneficia ipsa debitum defrumentur obsequiis. clem. 1. de prab. concil. Trident. cap. 16. de resor. siff. 25. & Rebuff. eod. tract. cong. portio. numer. 24. si vero minor sit, saltem usque ad suminam quinquaginta scutorum annuorum est agenda, ut in dict. constit. p. V. portio autem, ut sit congrua, debet esse conveniens, & competens, ut Vicarius inde commodè vivere possit, glo. in c. vnic. §. sanè in verb. absque penuria, de stat. regul. in 6. & Rebuff. in eod. tract. numer. 6. in fin. Peti autem debet hæc congrua † portio coram Ordinariis locorum, quibus spectat tueri ecclesiæ, ut in pristino statu conserventur. c. de monachis. de prab. cap: fin. §. ubi autem, de decim. in 6. &c etiam capitulum, vacante Sede Episcopali, de hac congrua portione potest judicare, quia hoc est jurisdictionis quod ad capitulum, Sede vacante, transit. i. in sede vac: gl: in extrav. execrabilis. §. statuimus. in ver. ordinario de prab. & Rebuff. eodem tract. numer. 55. & 47. qui de congrua portione optimè, & copiosè scripti.

10 Vicariae † perpetuae, ut plurimum, sunt ex causa unionum parochialium ecclesiarum, quæ cathedralibus, seu aliis ecclesiæ, vel monasteriis, beneficiis, seu collegijs aut pijs locis perpetuè vniuntar. c. 7. de reform. siff. 7. & perpetuae † uniones à quadraginta annis citra factæ ab Ordinariis, tanquam à Sede Apostolica delegatis, examinari debent, & quæ per subreptionem, vel obreptionem fuerunt obtin-

tæ, irritæ sunt declarandæ, quæ autem à dicto tempore citra fuerunt concessæ, nondum tamen in toto, vel in parte effectæ fortitæ, & quæ in futurum fient, nisi eas ex legitimis, aut alias rationabilibus causis coram loci Ordinario, vocatis quorum interest, vocandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ sunt presumendæ. cap: 9. siff. 7. c: 13. § in uniuersibus verò. siff. 24. & cap: 6. circ: fin: siff. 25: de resor. unio enim etiam ex causa facta, potest dissolui, si tempore procedente est ecclesiæ vnitæ multum damno. Abb. in cap: 1. num: 3 ne sed. v. ac.

12 Subreptio † autem & obreptio differunt, quia subreptio procedit, quando quis in impetratiōne tacitæ priori vniōne alteri beneficio vnitum obtineat vniū. gloss. fin. in cap. ad audientiam il: 2. in vers. potest dici. de rescrip. Obreptitiæ vero dicuntur litteræ quando per alicujus operam factum est, quod impetratae litteræ effugiant plenam intelligentiam Papæ, vel alterius superioris concedentis, aut ejus, qui necessitate juris vocandus est Innoc. in c. cum dilecta numer. 3: de rescript.

13 Uniones, † ut sint validæ, fieri debent vocatis, quorum interest, & dicta verba, quorum interest, ut in dict. cap. 6. habent vim clausulæ: vocatis vocandis, quæ facit semper exequitorian mistum, etiam si alias esset merus, cùm dicta clausula sit tant in roboris, ut semper faciat, quod pars auditatur ordine judiciali servato, ea. exhibita judec. gl. 1: de jud: & Felin. in c. de catere numer. 10: dere: jud: Ideo si beneficium jurispatronatus vniatur sine consensu pa-

tre-